Celebrent simul omnes immortale nomen tuum,
Quoniam sane timendumque & inaspectabile est,
Et honor Regis semper iustitiam diligit.
Tu Iacobo prudentem dedisti impetum,
Æquitatem calculumque tuo præbuisti Israeli.
Immortalem nostrum exaltate Dominum,
Adorantes scabellum suum: Sanctus enim est.
Moses in sacerdotibus magnus,& celebris Aaron,
In supplicantibus vero Samuel fortis.
Illi quidem inuocabant, is vero respondebat voci,
Et eis de nube stabili respondebat verbo.
Strenui testimonii custodes fuerunt Dei,
Diuina vero non neglexerunt quæ didicerant mandata.
Immortalis, tu eis dedisti de cælo aurem paratam,
Et animus cum his semper tuus propitius fuit.

Omnia vero quæ faciebant, festinabas auxilium.
Immortalem nostrum exaltate Dominum,
Purum vero eum semper in monte adorate,
Quoniam sane in omnibus Rex immaculatus est.

PSALMVS XCIX.

Supra nonagesimum, nonum carmen inclytum.

Omnis inclytum celebret Pastorem terra,
Immortalis gaudentes sub iugum ceruicem ponite.
Festinate læti diuinos ante oculos,
Ipsum semper animis cogitate Dominum.
Vitam ipse dedit mortalibus, non nos ipsi.
Ipse fecit nos, neque nos sufficientes sumus.
Nos rursum eius populus simul & alumni pascuæ,
Festinate canentes diuinas intra portas,
In atriis vero Regem Deum rogate cantu.
Nomen celebrate diuinum in terra blandum semper,
Perpetuo misericordiam postquam in omnibus custodit,
De generatione in generationem fert verax consilium.

PSALMVS C.

Dauid cecinit cantum centesimum hunc.

In vno te pœnam, Rex, misericordiamque cantabo,
Canens intelligam immaculatis in viis,
Expectans quãdo vtique mihi venias æterne Pastor.
In mansuetudine per domum ambulaui mediam,
Nihil prorsus iniquum ob oculos spectans,
Sed adhuc etiam odio prosequens nocentes iniurios

Nunquam

πάντα δ' ἅ κεν ῥέζεσκον, ἐπιθύνεσκες ἀρωγήν.
ἄφθιτον ἡμείων ἀναείρατε παμβασιλῆα,
ἀχράντῳ δέ μιν αἰὲν ἐν οὔρεϊ γουνάζεσθε,
οὕνεκα δὴ μετὰ πᾶσιν ἄναξ ἄχραντος ἐτύχθη.

ΨΑΛΜΟΣ ϛθ'.

Αμφ' ἐνενηκοστῷ εἴνατον ᾆσμα κλυτόν.

Πᾶσα μεγακλείεντ' ἀλαλάξατε ποιμένα γαίη·
ἀθανάτου χαίροντες ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα θέσθε.
σπεύσατε γηθόμενοι θείων κατ' ἐναντίον ὄσσων·
αὐτὸν ἀεὶ πραπίδεσσι νοήσατε παμβασιλῆα.
ζωὴν αὐτὸς ἔτευξε βροτοῖς, οὐχ ἡμέες αὐτοί·
αὐτὸς ἔτευξ' ἡμέας, οὐδ' ἡμεῖς ἄρκιοι εἰμέν·
ἡμεῖς αὖθ' ἕο λαὸς ὁμοῦ καὶ θρέμματα ποίης.
σπεύσατε μελπόμενοι θείων ἔντοσθε πυλάων·
ἐν δ' αὐλῇς βασιλῆα θεὸν λιτανεύσατε μολπῇ.
οὔνομα μέλψατε θεῖον ἐπὶ χθονὶ μείλιχον αἰεὶ,
νωλεμέως ἐλεητὺν ἐπεὶ μετὰ πᾶσι φυλάσσει·
ἐκ γενεῆς γενεήνδε φέρει παναληθέα βουλήν.

ΨΑΛΜΟΣ ρ'.

Δαυῖδος ᾖσεν ᾆσμ' ἑκατοστὸν τόδε.

Εἰν ἑνὶ σεῦ ποινὴν βασιλεῦ ἔλεόν τ' ἀναμέλψω·
φορμίζων ξυνίοιμι ἀμωμήτοις ἐν ἀταρποῖς.
δέγμενος ὁππόπε δή μοι ἀφίξεαι ἄφθιτε ποιμήν.
ἀμφ' ἀγανοφροσύνῃ διὰ δώματος ἤϊα μέσσου,
οὐδὲν πάμπαν ἄθεσμον ἐν ὀφθαλμοῖσι δοκεύων,
ἀλλ' ἔτι καὶ στυγέων ἀλιτήμονας ὑβριστῆρας.

ᾠδέτω ἀλλοφύλλος ἐμοὶ πάρος ἰῶδανε μῆτις·
φεῦγε μὲν αἰνὸς ὄφις, δολερῶν δ' ἀδάητος ἔμιμνον·
ἴδας ἐμὸν πέφρικτο κακηγορέοντος ἀκοῦσαι·
οἷα γὰ λυμαντῆρα φίλων ἐδίωκον ἑταίρων.
ἀπωλήσω κραδίῃ δ' ὑπερφιάλοισιν ὀπωπαῖς
οὐκ ἔθελον ᾠδὴ δαιτὶ φίλος ἢ ὁμέστιος εἶναι.
ἀνδράσιν ἀμφ' ὁσίοισιν ἐμὴ ἐπάνυθεν ὀπωπή,
ξυνὸν ὅπως μοι θῶκον ἅμ' ἑδριόωντες ἔχοιεν·
δρησσὶ δ' ἀτρεκέως τοῖς θ' ὁσίοις μεμελημένον εἶχον,
ὃς δέ μοι ἐναίεσκε δόμοις ὑπερήφανος ἀνήρ.
ὃς δ' ἄδικον λαλέων μοι ἐναντίον ἤλυθεν ὄσσων.
ἠῶθεν κατέπεφνον ἀταθαλίης ὑποφήτας,
δυσνομίης μεμαὼς δαμάσαι θεράποντας ὀλέθρῳ.

ΨΑΛΜΟΣ ρά΄.

Εὐχωλὴ πλωτοῖο κακῆ βεβαρηότος ἄτῃ,
δύτε μάλ' ὐχωλῇσι θεσπέσιον κεκάνυται θεοῖο·
ἔμπα μεμιὼ ἑκατοστὸν ἔφυ κεἰ σεῦτον ἄεισμα.

Εὐχῆς ἠμετέρης ὑπεκέκλυθι φέρτατε πομπεῦ·
οὔασι δαιομένοιο τεοῖς ὑπόδεχνυσο φωνεῦ.
μή μευ σὴν χαρίεσσαν ἀποστρέψῃς ὀπωπήν·
τρομέοντι κλίνειας αὐάξ ὀξεῖαν ἀκουήν.
εὖτε μάκαρ καλέσω σε, θοῶς φίλον ὄμμα ἐρείδοις.
οὕνεκ' ἐμὴ ζωὴ ἰκέλη κατετήκετο καπνῷ·
ὀστέα δ' ἀζαλέῳ φρυγίῳ καταμαίεται ὁμοῖα,
ἐπλήγην δ' ἅτε χόρτος, ἐμὸς δ' ὑπεκάρφετο θυμός.
γαστέρι δ' ἐκλαθόμην δόμεναι φίλον ἦτορ ἀνάγκης.
νωϊτέρῃ σοναχῇ ἐπιπλόμενος ὀστέα σαρκί.
δέρκεαι φαίης κεν ἐρημονόμον πελεκᾶνα,

ἢ νυκτὸς

Nunquam callidum mihi antea placuit consilium.
Fugiebat quidem grauis serpens; dolosorum vero nescius manebam.
Auris mea occlusa fuit maledicentem audire,
Tanquam vero vastatorem carorum persequebar sociorum.
Insatiabili corde & superbis aspectibus
Nolebam in conuiuio amicus & contubernalis esse.
Viris cum sanctis mei extensi sunt aspectus,
Communem vt mihi locum simul sedentes habeant.
Famulum viasque sanctas curantem habebam,
Neque mihi habitabat domibus superbus vir.
Neque iniquum qui loquitur meorum venit in conspectum oculorum.
Mane interficiebam sceleris auctores,
Iniustitiæ cupiens domare famulos internecione.

PSALMVS CI.

Oratio pauperis mala oppressi calamitate,
Cum valde precem effudit ante Deum:
Veruntamen centesimum est & primum carmen.

Orationem nostram exaudi optime Pastor,
Auribus egeni tuis suscipe vocem.
Ne a me tuum gratum auertas conspectum:
Oppresso demittas Rex promptam auditionem.
Quando Beate vocabo te, cito caram aurem firmes.
Quoniam mea vita similis diffluebat fumo,
Ossa vero sicco cremio cremantur similia.
Percussus sum velut fœnum, meus vero tabescebat animus,
Ventri vero oblitus sum dare amicum panem necessitatis.
Nostro gemitu adhærent ossa carni.
Videre diceres solitarium pelecanum,

Aut noctis coruum nudorum camporum incolam,
Aut passerem quendam insomnem existentem in domo solum.
Inimici me verbis tota die verberabant;
Qui vero honorabant me, iusiurandum iurauerunt:
Quoniam afflictus comedi cinerem pani similem,
Et flebilibus bibi potum lacrymis simul miscens.
Ira a pernicioſa Supreme & tuo furore,
Quia eleuans me, ab æthere deiecisti rursum.
Nostri æui tanquam vmbra dies desinunt,
Fœno autem sicco persimilis ipse sum.
Solus quoniam viuentem semper vitam trahis,
De generatione in generationem mortalibus memoriale retinens.
Ipse exsurgens Rex Sion miserearis:
Tempus enim valde huius oppressæ misereri:
Et sane tempus illud instat, quod antea probauit.
Quoniam tibi famuli suis lapidibus posuerunt,
Et sui cordibus pulueris miserebuntur.
Omnes simul timeant Rex tuum nomen nationes,
Omnes tuam paueant gloriam reges.
Quia restaurauit Deus Sionem collapsam,
Aperte hominibus visus in terra.
Precem humilium omnia lustrans respexit Pastor,
Neque vituperans eorum neglexit preces.
Scribite vtique mihi hæc in tarde genitis generationibus,
Et populus tuus manibus futurus te inuocabit:
Quoniam ex alto ipse prospexit inclinans,
De cælo in terram suum extendit aspectum,
Vinctorum vt commiserationem compedibus audiret,

Et

ἢ νυκτὸς κόρακα ψιλῶν δαπέδων ναετῆρα,
ἢ στρουθόν τιν' ἄϋπνον ἐόντ' ἐν δώματι μοῦνον.
δυσμενέες μ' ἐπέεσσι πανημέριον συφέλιζον,
οἱ δὲ γεραίροντές με μάτην ἐπὶ ὅρκον ὄμοσσαν·
οὕνεκα τειρόμενος πασάμην σποδὸν ἄρτῳ ὁμοῖον,
καὶ γοεροῖς ἔπιον πόμα δάκρυσ' ὁμοῦ γε κεράσσας,
μήνιος ἐξ ὀλοῆς πανυπέρτατε καὶ σέο θυμοῦ,
οὕνεκεν ὑψώσας μ' ἐξ αἰθέρος ἔκβαλες αὖθις.
ἡμετέρου αἰῶνος ὅπως σκιὴ ἤματα λήγει,
χόρτῳ δ' ἀζαλέῳ πανομοίιος αὐτὸς ἐτύχθην.
μοῦνος ἐπεὶ ζώοντα διηνεκέως βίον ἕλκεις,
ἐκ γενεῆς γενεήν δε βροτοῖς μνημήϊον ἴσχων.
αὐτὸς ἀνεγρόμενος βασιλεῦ Σιῶν' ἐλεαίροις.
ὥρη γὰρ μάλα τήνδε πιεζομένην ἐλεαίρειν·
καὶ δὴ καιρὸς ἐκεῖνος ἐπέχραεν, ὃν πρὶν ἔδεκτο·
οὕνεκά σοι θεράποντες ἑαῖς λάϊγξιν ἔθεντο,
καὶ σφέτερον κραδίῃσι κονίσσαλον οἰκτίσσονται·
πάνθ' ἅμα δειμήνειαν ἄναξ τεὸν οὔνομα φῦλα,
πάντες σὴν ταρβοῖεν ἐϋκλείην βασιλῆες,
οὕνεκα τεκτήνειε θεὸς Σιῶνα πεσοῦσαν,
ἀμφαδίην μερόπεσσι φαεινόμενος κατὰ γαῖαν.
ἱκεσίην χθαμαλῶν πανεπίσκοπος ἔδρακε ποιμὴν,
οὐδέ τ' ὀνοσσάμενος σφετέρων ἀμέλησε λιτάων.
γράψατε δή μοι ταῦτα μετ' ὀψιγόνοισι γενέθλαις,
καὶ λαὸς σέο χερσὶ γενησόμενός σε βοήσει,
οὕνεκεν ὑψόθεν αὐτὸς ἐπεσκοπιάζετο κύψας,
οὐρανόθεν μετὰ γαῖαν ἑὴν ἐτάνυσσεν ὀπωπὴν,
ἰλλομένων ὄφρ' οἶκτον ἀλυκτοπέδῃσι πύθοιτο,

καὶ δεσμῶν φίλα τέκνα καταφθιμένων ἀπολύσῃ,
οὔνομα δ' αὖ Σιῶνι πολύλιτον ἐξαναφλύῃ,
ἐν δ' Ἱερουσαλὴμ λιγυρὸν καὶ ἀοίδιμον αἶνον·
ὄφρά κε παντοδαπῶν πολίων ἀπὸ λαὸν ἀγείρῃ·
αὐτὰρ κεἰ ἐθέλῃσιν ἑὸν ζυγὸν αὐχένα θήσει.
νιφόμενος θεναρῶς μιν ἀμείβετο, φάτο τοῖα,
εἰπέ μοι ἡμετέρας ὀλίγας βιότοιο κελεύθους,
μηδ' ὥρης πεπαροιθε τανηλεγέος ἀπολέσσῃς
σεῖο μάκαρ μεγάλοισι διηνεκέεσσιν ἑταίροις.
ἐρχόμενος δ' ὀπίσω τὸν ἀπεσημήνατο γαῖαν,
καὶ χερῶν τελέθουσι τεῶν μάκαρ ἔργα θεηνοὶ
αὐτοὶ ἀποφθίσονται, ἀτὰρ σύ μοι ἄφθιτος εἶης.
εἰδόμενοι πέπλοισι παλαιγενέεσσιν ὅλοιντο·
πάντα δ' ἐναλλάξουσιν, ἑλισσόμενοι ἅτε φᾶρος·
αὐτὸς δ' ἄφθιτός ἐσσι, βίος δέ τοι ἔμπεδος ἔσται·
ἠρινὴ ὥς σε ἔφυν ἀεὶ κλισίῃσι παρῆεν,
καὶ σφέων ὃ λήξειεν ἐπιθύνεσκε γενέθλη.

ΨΑΛΜΟΣ ρβ'.

Ὕμνος Δαυίδου δεύτερος ἀμφ' ἑκατόν.

Θυμὲ τὸν βασιλῆα Διάμπερὲς αἰνετὰ μέλπε·
ὄνομα δ' οἱ μοῦνον μέλπετ' ἀκήρατον ἔγκαθα πάντα.
θυμὲ τὸν βασιλῆα Διάμπερὲς αἰνετὰ μέλπε,
μηδὲ θεοπρεπέων ἱερῶν τ' ἐπιλήθεο μοιράων.
παντοίης αὐάμελπε κακορραφίης ἐλατῆρα.
αἶνες παντοίων κρυερῶν ἰήτορα νόσων,
σεῖο δυσηλεγέως φθιμένους ῥυτῆρα βίοιο,
ὅς ῥ' ἐλεημοσύνῃσι καὶ οἰκτιρμοῖσι πυκάζει·

ἀλήκτοις

Et vinculis cara pignora interemptorum ſolueret,
Nomen vero rurſum valde precandum annunciaret,
In Hieruſalem vero canoram & celebrem laudem:
Vt variarum ciuitatum populum excitaret:
Poſthac regnis ſuum iugum ceruicem imponet.
Incedens fortiter ei reſpondit, & dixit talia,
Dic mihi noſtras paucas vitæ vias,
Neque tempus ante incidens vitam me perdas.
Tui Beate ſunt perpetui anni.
Ab initio primum ſtabiliſti terram,
Et manuum ſunt tuarum Beate cęli opera.
Ipſi peribunt, at tu mihi æternus es.
Similes veſtimentis vetuſtis pereant.
Omnia vero mutabunt circumuoluti velut pallium:
Ipſe vero æternus es, vita vero tibi nunquam deſinet.
Famulorum tuorum filii ſemper tabernaculis adſint,
Et eorum non deſinat recta generatio.

PSALMVS CII.

Hymnus Dauidis ſecundus vltra centum.

Anima tuum Regem ſemper laudabiliter cane,
Nomen vero ipſi mea canite purum viſcera omnia.
Anima tuum Regem ſemper laudabiliter cane,
Neque diuinarum ſacrarumque obliuiſcaris retributionum.
Omnigenæ celebrato improbitatis depulſorem,
Laudato omnifariorum miſerabilium ſanatorem morborum,
Tuæ grauiter interemptæ liberatorem vitæ,
Qui miſericordiis & commiſerationibus ornat:

Perpe-

Perpetuis bonis tua desideria facit.
Denuo repubescas velut aquila altiuolans.
Inclytus Rex misericordiam semper nouit facere,
Immortalem omnibus iustitiam ostendens.
Diuinas ostendit sapienti Mosi vias,
Filiis nobilis semper mentem Israelis.
Miserator in omnibus est Deus & misericors,
Princeps misericordiæ & clemens est.
Non semper horribilem iram pectoribus retinebit,
Neque nobis fecit condigna stultitiis,
Acerbam in peccato graui mercedem præbens.
Sed quantum stellatum ingens cælum est a terra,
Tantum confirmauit Rex misericordiam famulis.
Quantum ortus ab occidente sunt seorsim,
Tantum iniquitates hominum prætermisit ferri.
Vt vero pater filiis suum animum mitem habet,
Sic vero Deus famulos suos miseratus est animo;
Cognouit enim Deus negotium quod patrauit manibus.
Recordare Domine quoniam puluis sumus vilis.
Humana fœno persimilis est vita,
Floribus æque serpens minutis terræ;
Quæ anima efflata a membris discessit tota,
Neque locum palpebris suum cognoscat videns.
Bene misericordia Regis semper timentes comitatur,
Et eorum nepotibus post filios auspicata faciet.
Quibus diuina custodia curæ est compositionum,
Neque ipsi obliuiscuntur perpetuo mandatorum.
Cælo stellato Beatus fabricauit sedem,

Et ipsius

ἀλήκτοις ἀγαθοῖσι σέθεν καταθύμια ῥέζει.
αὖθις ἀνηβήσειας ἅτ' αἰετὸς ὑψιπετήεις.
κλεινὸς ἄναξ ἐλεητὺν ἀεὶ δεδάηκε τελέσσαι,
ἀθανάτην πάντεσσι δικαιοσύνην ἀναφαίνων.
θεσπεσίας ἀνέφηνε σοφῷ Μωσῆι κελεύθους,
υἱάσιν αἰγλήεντος αἰὲν νόον Ισραήλου.
οἰκτίρμων μετὰ πᾶσι πέλει θεὸς ἠδ' ἐλεήμων,
ἡγητὴρ ἐλέου καὶ ἠπιόθυμος ἐτυχθη·
οὐκ αἰεὶ κρυόεντα κοτον στέρνοισιν ἐρύξει,
οὐδ' ἡμῖν ἐτέλεσσεν ἐπάξια δυσφροσυνάων,
πικρὸν ἐν ἀμπλακίῃ βαρυπήμονι μισθὸν ὀπάζων·
ἀλλ' ὅσον ἀστερόεις μέγας οὐρανὸς ἔστ' ἀπὸ γαίης,
τόσσον ἀνηέξησεν ἄναξ ἐλεητὺν ἐρίθοις.
ὁππόσον αὐτολίαι δύσιος γεγάασιν ἄνευθεν,
τόσσον δυσνομίας μερόπων μεθέηκε φέρεσθαι.
ὡς δὲ πατὴρ παίδεσσιν ἑὴν φρένα μείλιχον ἴσχει,
ὣς δὲ θεὸς θεράποντας ἑοὺς οἰκτίσσατο θυμῷ.
ἔγνω γὰρ θεὸς ἔργμα τόπερ τεκτήνατο χερσί.
μνῆσαι παμβασιλεῦ ὅτι τοι κόνις εἰμὲν ἀφαυρή.
ἀνδρομέη χόρτῳ πανομοίιός ἐστι βιώνη,
ἄνθεσιν ἶσ' ἕρπουσα μινυνθαδίοισιν ἀρούρης·
ἢ ψυχῆς πταμένης μελέων ἐξέφθιτο πᾶσα,
οὐδέ τόπον βλεφάροισιν ἑὸν γνοίη κεν ἰδοῦσα.
εὖ ἔλεος βασιλῆος ἀεὶ τρομέουσιν ὀπηδεῖ,
καὶ σφεων υἱωνοῖσι μεθ' υἱέας αἴσια ῥέξει,
οἷς περὶ θεσπεσίη φυλακὴ μέλει ἁρμονιάων,
οὐδέ οἱ ἐξελάθοντο διαμπερὲς ἐννεσιάων.
οὐρανῷ ἀστερόεντι μάκαρ τεκτήνατο θῶκον,

καὶ

καί οἱ ἀνακτορίης κρατέει μέγα κῦδος ἁπάντων,
ἄγγελοι αἰγλήεντες ὁμοῦ κελαδήσατ' ἄνακτα,
ἄλκιμοι οἷσι μέμηλεν ἐφημοσύνη βασιλῆος.
ἀλκαὶ παντοδαπαὶ κελαδήσατε παμβασιλῆα,
οἷς τ' οὖας μεμέλητο ἐπ' ἀθανάτοιο ἀρωγῆς.
ἔργα πολυκλείεντα θεοῦ κελαδήσατ' ἄνακτα,
κοιρανίῃσιν ἃ κάρτος ἀεὶ τετανυσμένον ἴσχει.
θυμὲ τεὸν βασιλῆα διαμπερὲς αἰνετὰ μέλπε.

ΨΑΛΜΟΣ ργ'.

Δαυίδου λιγυρὸν τρίτατον μέλος ἀμφ' ἑκατοστῷ.

Θυμὲ τεὸν βασιλῆα διαμπερὲς αἰνετὰ μέλπε.
ἄφθιτε παμβασιλεῦ μάλα τοι μέγα κῦδος ἀέρθης·
δύσαο πάντοθεν αἶνον ὁμοῦ καὶ ἀριπρεπὲς εὖχος,
ἀμφιβαλὼν ἅτε φᾶρος ἀκηράσιον μέγα φέγγος,
ἐκτανύων ῥινῷ μέγαν οὐρανὸν ἶσον ὁρᾶσθαι.
ὕδασιν ἀχράντοις ὑπερώϊα κλεινὰ καλύπτων,
ἴχνεσιν ἀθανάτοις νέφεα στηρίγματα τεύχων,
σπερχομένων ἀνέμων πτερύγων ἐπὶ μακρὰ βιβάσκων,
ἀγγελίην στρατιὴν ἰθύδρομα πνεύματα ῥέζων,
εἰς δὲ βίην φλογεροῖο πυρὸς δρηστῆρας ἀμείβων.
πυθμένα παγχάλκειον ἐπεστηρίξαο γαίῃ,
ὄφρα βίην ἀδόνητον ἀεὶ φορέουσα φυλάσσοι.
φαρεῖ θεσπεσίην ἰκέλην περιθήκατ' ἄβυσσον,
ὑψικόμων στήσοντ' ὀρέων ὕπερ ὕδατα πολλά.
ἀλλὰ τράποιτ' ἐπὶ φύζαν ὁμοκλήσαντος ἄνακτος,
καί σευ ὑποδδείσωσιν ὑπερμενέως κτύπον αὐδῆς.
οὔρεα μὲν βαίνει, χθαμαλὴ δέ τις εἴδεται αἶα,

κεῖσ'

Et ipsius imperii dominatur magnum decus omnibus.
Angeli illustres simul resonate Regem,
Fortes quibus curæ est mandatum Regis:
Virtutes omnifariæ resonate Dominum,
Quibusque auris curæ fuit in Æterni auxilio.
Opera glorioſa Dei resonate Regem,
Dominationibus quæ robur semper extensum habent.
Anima tuum Regem semper laudabiliter cane.

PSALMVS CIII.

Dauidis canorum tertium carmen supra centesimum.

Anima tuum Regem semper laudabiliter cane.
Æterne Rex valde tibi magnum decus eleuatum est,
Induisti vndique laudem, simul & præclarum decus,
Induens velut pallium purum ingens lumen,
Extendens pelli magnum cælum æqualiter videri,
Aquis puris cœnacula clara tegens,
Vestigiis æternis nubes fulcimenta faciens,
Velocium ventorum pennas super longas incedens,
Nuntiam militiam recte currentes spiritus faciens,
Ad vim vero feruidi ignis ministros reperens.
Fundum firmum stabilisti terræ,
Vt robur inconcussum semper ferens custodiat.
Vestimento diuinam similem circundedisti abyssum:
Alticomos stabunt montes super aquæ multæ.
Sed conuertantur in fugam increpante Rege,
Et tuæ reformident violentæ fragorem vocis.
Montes quidem ascendunt, humilis vero quæpiam apparet terra,

Illic

Illic vbi vtique his fundamenta fundasti locorum:
Fixisti terminum Beate quem non præteribit alius,
Neque caram aliquando terram reuertẽtur operire.
Terræ asperæ dimittens cum eruptionibus fontes,
Alticomorum montium pertransibunt aquæ medium.
Bestiis montanis per siluas potus appareat.
Natio siticulosorum te maneat omnigena onagrorum.
Ætheris rursum in his volabunt volucres,
De medio petrarum validarum dabunt vocem.
Pinguefaciens de cœnaculis tuis montes Pastor,
Terra viuificis replebitur de te fructibus,
Fœnum quadrupedibus producens amœnum,
At seruituti viridem hominum herbam:
De terra vt fructum educat suaue triticum,
Et mortalium cordibus præbeat lætificans vinum:
Oculos saginans albescentis sanguine oliuę,
Paneque humanum cor pauidum confirmans.
Frugiferi campi satietas ligna infinita iuuet,
Et cedros Libani, tuarum Beate opera manuum.
Illic nuper genitorum est passerum perfugium.
Domus amica pennati erodii dux est,
Montes velocibus ceruis vmbrosi curæ sunt:
Saxis præruptis fidentes sunt lepores.
Temporum negotiatricem ipse Rex fabricauit lunam.
Sol lucidus suos cognouit occasus.
Caligo tristis signum est noctis,
Nox vero vtique feras ornans: diligunt vero feræ noctem,
Et catuli properantes necessariam ad venationem,

Suum

κεῖσ' ὅθι δὴ μετὰ τοῖσι θεμείλια πήξαο χώρων.
πήξαο τέρμα μάκαρ τόπερ οὐ παρελεύσεται ἄλλος,
οὐδὲ φίλην ποτὲ γαῖαν ἀποστρέψουσι καλύψαι.
γαίης τρηχαλέης προϊεὶς μετὰ ῥήγμασι πηγὰς,
ὑψικόμων ὀρέων διελεύσεται ὕδατα μέσσον.
θηρσὶν ὀρεσσικόμοισι διὰ δρυμὰ πῶμα φανείη·
ἔθνος διψαλέων σὲ μένοι παντοῖον ὀνάγρων·
αἰθέρος αὖτ' ἐπὶ τοῖσι παραστίψει πετεηνά·
μεσσόθι πετράων σθεναρῶν δώσουσιν ἀϋτήν.
πιαίνων ὑπερωΐοθεν σέθεν οὔρεα ποιμὴν,
γαῖα φερεζώων πλησθήσεται ἐκ σέο καρπῶν,
χόρτον τετραπόδεσσιν ἐπαντέλλουσα μελιχρὸν,
αὐτὰρ δουλοσύνῃ χλοερὴν μεροπηΐδι ποίην,
ἐκ χθονὸς ὄφρα κε καρπὸν ἄγῃ μελιηδέα σῖτον,
καὶ θνητῶν κραδίῃσι πόροι πολυγηθέα οἶνον·
ὄμματα πιαίνων λευκοχρόου αἵματ' ἐλαίης,
ἄρτῳ τ' ἀνδρομέην κραδίην τρομέουσαν ἐρείδων.
καρποτόκου πεδίοιο κόρος ξύλα μυρί' ὀφέλλοι,
καὶ κέδρους λιβάνοιο τεῶν μάκαρ ἔργεα χειρῶν.
κεῖσε νεηγενέων πέλεται στρουθῶν ἀλεωρή.
δῶμα φίλον πτερόεντος ἐρωδιοῦ ἡγεμονεύει.
οὔρεα μακροπόροις ἐλάφοις σκιόεντα μέμηλε.
πέτροις ἠλιβάτοις περιθαρσέες εἰσὶ λαγωοί.
καιρῶν ἔμπορον αὐτὸς ἄναξ τεκτήναο μήνην.
ἠέλιος φαέθων σφετέρας ἐφράσσατο δυσμάς.
ὄρφνη ἀμείδητος σημήϊον ἔπλετο νυκτὸς,
νὺξ δ' ἄρα θηροκόμος· φιλέουσι δὲ θηρία νύκτα,
καὶ σκύμνοι μεμαῶτες ἀναγκαίην ἐπὶ θήρην,

σφωϊ-

σφωϊτέρην θαλίην θεόθεν διζήμενοι αἰεί.
ἠελίου ξυνάγερθεν ἐπὶ χθονὶ λαμπομένοιο;
καὶ λέχος ἠντύναντο παρὰ ξυλόχοισιν ἑοῖσιν.
αὐτὰρ ἀνὴρ παλίνορσος ἑὸν μετανίσσεται ἔργον,
ἑσπερίην καμάτοιο τέλος ποτιδέγμενος ὥρην.
ὡς σέθεν ἀμφιβόητα μάκαρ μεγαλίζεται ἔργα·
πάνθ' ἅμα θεσπεσίῃ σοφίῃ τεκτήναο ποιμήν.
χθὼν ἱερὴ βέβριθεν ἀμετρήτων σέθεν ἔργων,
κῦτος ἀπειρεσίης τε καὶ εὐρυχόροιο θαλάσσης.
ἆ πόσα τοι βρεμέθοντος ἐγείρετο ἑρπετὰ πόντου,
ζῶά κε θηήσαιο μεμιγμένα μείζονα τυτθοῖς·
ἔνθα πολυκληῖσιν ὁδὸς νήεσσιν ἐτύχθη·
ἔνθα δράκων ὃν πρὶν τεκτήναο παίγνιον εἶναι.
εἰς δέ σε πάντα βλέπει δόμεναι φίλον εἶδαρ ἑκάστῳ·
πᾶς δ' ἄρα δωτίνην ἀγαθὴν ἐκ σεῖο κομίσσοι.
πάντα λίην γάνυται παλάμας ὅτε σεῖο πετάσσεις·
καὶ κλόνος αἰνὸς ἔχει, ὅτε σὴν στρέψειας ὀπωπήν.
θυμὸν ἀπαινυμένοιο σέθεν, θνήσκουσι δαμέντες,
καὶ προτέρην φθινύθουσιν ἄφαρ περὶ μητέρα γαῖαν.
εἰ δ' ἄρα καὶ ψυχὴν σφετέρην παλίνορσον ὀπάσσεις,
αὖθις ἀνηβώουσιν, ὅλη δ' ἀναλάμπετο αἶα.
ἔσται κῦδος ἄνακτος ἀεὶ παναγήρατον ἔσται·
ἔργων ἀγλαΐῃσιν ἑῶν ἐπιτέρψεται ἐσθήν.
χθὼν ὑπὸ μαρμαρυγῇσι τεῆς ἐλελίζετ' ὀπωπῆς·
τυτθὸν ἐφαψαμένοιο σέθεν, βρέμει οὔρεα καπνῷ.
αὐτὰρ ἐγὼ βασιλῆα Διαμπερὲς ὑμνοπολεύσω.
ἀθάνατον μέλψαιμι πολύλλιτον, εἰσόκεν ἕρπω.
τερπόμενος γλυκερῆς μελεδήματα δέχνυσο μολπῆς·

ἀλήκτοις

Suum cibum a Deo quærentes semper.
Sole congregati sunt super terram lucente,
Et cubile attigerunt in lustris suis.
Cæterum vir rediens suum repetet opus,
Vespertinum laboris finem expectans tempus.
Quia tua præclara Beate sublimia sunt opera.
Omnia simul cum diuina sapientia fecisti Pastor.
Tellus sacra onusta est immensis tuis operibus,
Alueus immensique & spatiosi maris.
O quanta tibi frementis concitantur reptilia maris!
Animalia videas mixta maiora paruis.
Illic multarum sedium iter nauibus est:
Illic draco quem antea formasti ludibrium esse.
In te vero omnia spectant dare amicam escam cuique:
Quilibet vero vtique munus bonum a te reportet.
Omnia valde exultant, manus quando tuas aperies;
Et turbatio grauis habet, quando tuum auertis vultum.
Animum auferente te moriuntur domiti,
Et priorem intereunt statim circa matrem terram.
Si vero vtique etiam animam eorum rediuiuam concedes,
Rursum repubescunt, tota vero collustratur terra.
Erit gloria Regis semper immortalis erit:
Operum splendoribus suorum lætabitur Rex.
Tellus ob fulgores tui contremiscit vultus.
Paulum tangente te, strepunt montes fumo.
At ego Regem semper celebrabo,
Immortalem canam multum adorandum, quandiu serpo.
Lætus dulcis curas accipe cantus:

Indesinentibus Regis in lætitiis exultabo.
Omnino desinant sceleris auctores:
De terra autem iniquum totum cesset genus.
Anima tuum Regem semper laudabiliter cane.

PSALMVS CIIII.

Quaternionis alleluia vox diuinorum exercituum,
Psalmus centesimus & quartus est.

Cantate precantes immortale nomen Regis,
Opera Dei populis annunciate omnigenis.
Cantate, psalmis acute modulamini Regem:
Diuina rite dicite mirabilia opera:
Nostra est laus super immortali Rege.
Cor exultet inquirens semper Regem:
Quærite Regem vnde vobis robur est,
Et ipsi diuinum vestigate semper vultum.
Mirabilium recordamini quæ fabricauit manibus,
Linguæ iudicia suæ prodigiis obsequentia.
Serui eius sunt carum genus Abraami,
Filios Iacobi electum inuenit populum.
Ipse Rex in omnibus iustitiam ostendit.
Perpetuo suorum recordatus est pactorum:
Verbumque quod generationibus mandauit millenis,
Quod cupiens annuit suo antea Abraamo,
Isaaco famulo caro magnum iuramentum iurans,
Quod antea Iacobo prudenti præcepit perficere,
Fœdus immutabile pollicitus est vero Israeli,
Terram totam dare ei promittens Chanaani,

Vestra

ἀλήκτοις βασιλῆος ἐν ὐφροσύνῃσι χορεύσω.
πάμπαν ἀπολλήξειαν ἀπαθαλίης ὑποφῆται·
ἐκ γαίης δ' ἀθέμιστος ὅλη παύσαντο γλυέθλη.
θυμὲ τὸν βασιλῆα θεμπερὲς αἰνετὰ μέλπε.

ΨΑΛΜΟΣ ρϟ'.

Τετράδος ἀλληλεία βοὴ θείων στιχάων,
ψαλμὸς ἑκατοστὸς καὶ πέντε τελεῖται.

Μέλψατε λιτόμενοι παναγέρσιον οὐρανὸν ἄνακτα·
ἔργα θεοῦ δήμοις ἀγλαΐατε παντοδαποῖσι·
μέλψατε, καὶ ψαλμοῖς λιγέως φορμίζετ' ἄνακτα
θεῖα πρὸς ἀφθίτου ἀγορεύοντες θεσκελα ἔργα·
ἠμέτερος πέλοι αἶνος ἐπ' ἀθανάτῳ βασιλῆϊ.
ἦ τοι αἰνέσω σε διζήμενον αἰὲν ἄνακτα·
δίζεσθε βασιλῆα ὅθεν κράτος ὔμμιν ἐτύχθη·
καὶ οἱ θεσπεσίῃ ἰαχεύοντες πάντοτ' ὀπώπιεν.
θαυμασίων μνήσασθε ὅσων τεχνήσατο χερσὶ,
γλώσσης δ' ἀδικίας σφετέρας τεράεσσιν ὀπηδούς.
δμῶες ἐοὶ μεγάασι φίλον γένος Ἀβραάμοιο.
παῖδας Ἰακώβου περιλεγμένον εὗρετο λαόν.
αὐτὸς ἄναξ μετὰ πᾶσι δικαιοσύνῃσι φαάνθη.
νωλεμέως σφετέρων ἐμνήσατο σωτηρίαων·
μῦθον δ' ὃν γένεῃς ἐνετείλατο χιλιάδεσσι,
ὃν μεμαὼς κατένευσεν ἑῷ πάρος Ἀβραάμῳ,
Ἰσαάκῳ θεράποντι φίλῳ μέγαν ὅρκον ὀμόσσας,
ὃν πρὶν Ἰακώβῳ πινυτῷ θέσπιζε τελέσσαι,
σωτηρίῃ ἀλίαστον ὑπέσχετο δ' Ἰσραήλῳ,
γαῖαν ὅλην δόμεναί οἱ ὑποχόμενον Χαναάμην,

ὑμετέρου διαμετρήσας σχοινίσματα κλήρου.
τῶν δ' ὀλίγιστος ἀριθμὸς ἔην, ὀλίγοι δ' ἔσαν αὐτοὶ
γαίης ναιετάοντες ἐπ' ἀλλοτρίης μετανάσται·
πολλάκις ἐξ ἑτέροιο μετέστιχον ἔθνεος ἔθνος·
ἐκ δ' ἄρα κοιρανίης λαὸν μετεκίαθον ἄλλον.
οὔτινα σίντιν ἔασσεν ἐπὶ σφισὶ χεῖρα κορύσσαι·
ἀλλ' ἔτι τῶν δ' ἐδάμασσε χάριν βασιλῆας ἐλέγχων.
ἴσχεσθ' ἀντιθέων, τί νύ μευ σίνεσθ' ὑποφήτας;
πικρὸν λυμαντῆρα καλέσσατο λιμὸν ἀρούρης·
εὐφόρβου ξυνέαξε βίην φυσίζοον ἀκτῆς.
τῶν δ' ἀγανὸν προὔπεμψε σαόφρονα κηδεμονῆα·
Ἰώσηπός τε ἄναξ ὑπεδύσατο δούλιον ἦμαρ.
ἆ τότε πῶς μογέεσκεν ἀλυκτοπέδῃσι πεδηθεὶς,
πῶς δὲ πιεζομένην κραδίην δέδμητο σιδήρῳ;
εἰσόκεν ἔλπετο κεῖνος ἑῶν τέλος ἐσθλὸν ὀνείρων.
αὐτὸς ἑὸν θεράποντα μακάρτατος ἔφλεγε μύθῳ.
ἐκ δεσμῶν μιν ἔλυσεν ἄναξ Νείλοιο κελεύσας·
ἡγητὴρ λαῶν σφετέρης μεθέηκεν ἀνάγκης,
οἶκον ἐπιτρέψας ὑπὸ νεύματι τοῖο φέρεσθαι·
καί μιν κοιρανίης ἔθετο κλυτὸν ἡγητῆρα·
ὄφρά κεν οἷσι νόμοις προμάχους Νείλοιο διδάξῃ,
καὶ σφεων πρεσβυτάτην πινυτὴν τεύξειε γενέθλην.
ἔνθεν ἄρ' Ἰσραῆλος ἐπ' Αἰγυπτίην μόλε γαῖαν·
Χαμοῦ δ' Ἰάκωβος ἀγακλέα νάσσατο χώρην.
αὐτὰρ ἄναξ ἕο λαὸν ἀνηέξησεν ἀγητὸν,
καί μιν δυσμενέων ἔθετο κρατερώτατον εἶναι.
οἱ δ' ἄρα λυμήναντο πάλιν θεοτερπέα δῆμον,
ἤθεα θεσπεσίοισιν ἐπαλλάξαντες ἐρίθοις.

τοῖσδε

Vestræ dimetiens funiculos sortis.
Horum vero pauciſſimus numerus erat, pauci vero erant ipsi
Terra habitantes in aliena inquilini.
Sæpe de alia transibant gente in gentem:
De regno autem vtique populū sequebātur alterum:
Nullum nocentem permisit in eos manum armare:
Sed adhuc horum domuit gratia reges corripiens.
Continete vos a sanctis: quid meos affligitis prophetas?
Acerbam vastatricem vocauit famem terræ,
Copiosi confregit vim viuificam cibi,
Ante eos vero mansuetum misit castum curatorem,
Ioſephusque Rex subiuit seruilem diem.
Ah tunc quo pacto laborabat compedibus vinctus?
Quo pacto vero oppressum cor vinctum erat ferro?
Donec sperabat ille suorum finem bonū somniorū.
Ipse suum famulum Beatissimus inflammauit verbo.
De vinculis eum soluit rex Nili iubens,
Princeps populorum sua dimisit necessitate,
Domum committens sub nutu eius gubernari,
Et eum regni posuit inclytum ducem:
Vt suis legibus principes Nili erudiret,
Et eorum antiquissimam prudentem faceret generationem.
Inde Israel in Ægyptiacam venit terram,
Chami vero Iacobus glorioſam habitauit regionem.
Cæterum Rex suum populum auxit mirabiliter,
Et eum inimicorum posuit validissimum esse,
Ipsi vero vtique afflixerunt rursum Deo gratum populum,
Mores diuinis permutarunt famulis.

Ipsis Deus famulum prudentem Mosem mittens,
Diuinumque Aaronem, qui ipsi electus erat.
Quibus decore commisit signa consilii,
Et prodigiorum vim in Chami terra perfecit.
Inde caliginem misit super Niliacam terram:
Ipsi vero verborum moliebantur contraria acerba Dei.
Ipsis aquam conuertit, funestum sanguinem faciens.
Pisces rursum occidit nigricantis fluminis.
Terra aquæ alumnorum ranarum ebulliuit sobolem,
Aduersus domos armatæ erãt præpotentum regum.
Dixit vero, & musca canina inuasit domos Regis,
Et sciniphes diripuerũt totius inclytas domos terræ.
Frigida a pluuialibus nubibus resonuit grando,
Et flamma terram rodens auxiliatrix venit grandinis.
Vineas quidem perdidit, peribant vero ficus,
Et eorum floridas contriuit arbores terræ.
Dixit, & demetens irruit profluens locusta,
Et bruchus innumerabilis ingentibus animis:
Qui terræ depopulati sunt totam floridam herbam.
Ah quo pacto primogenitorum luxit mortem vnusquisque,
Sepeliens abeuntis sobolis primiferam iuuentutem.
Auro autem onustum & argento eduxit populum,
Neque quempiam infirmum popularem habuit socium.
O quo pacto abeuntibus exultauit Niliaca tellus.
Omnes enim percussi fuerant tetro pauore animo.
Expandens nubem vmbrosam duxit populum,
Et igni tota nocte dissipauit diffusam caliginem.
Venit valde petentibus infinita coturnix.

Pane

τοῖσδε θεὸς θεράποντα πολύφρονα Μωσέα πέμψας,
ἀντίθεόν τ' Ααρῶνα ὅς οἱ προλελεγμένος ἦεν·
οἷσιν ἀριπρεπέως παρακάτθετο σήματα βουλῆς,
καὶ τεράων Χαμοῖο βίην κατὰ γαῖαν ἄνυσσε.
ἔνθ' ὄρφνην προέηκεν ὑπὲρ Νειλωΐδα γαῖαν·
οἱ δ' ἐπέων βούλευον ἐναντία πικρὰ θεοῖο.
τοῖσιν ὕδωρ ἔτρεψε, δαφοινεὸν αἷμα τελέσσας.
ἰχθύας αὖ κατέπεφνε μελαμβαφέος ποταμοῖο.
χθὼν ὑδατοτραφέων βατράχων ἀνέτειλε γενέθλην.
δώμασι θωρήχθησαν ἔρισθενέων βασιλήων.
εἶπε δὲ, καὶ κυνόμυια μετέστιχε δώματ' ἄνακτος,
καὶ σκνίφες διέπερθον ὅλης κλυτὰ δώματα γαίης.
ψυχρὴ ὑπ' ὀμβροτόκων νεφέων κελάρυζε χάλαζα,
καὶ φλὸξ γαῖαν ἔδουσα βοηθόος ἦλθε χαλάζης.
ἡμερίδας μὲν ὄλεσσαν, ἀπεφθίνοντο δὲ συκαῖ,
καὶ σφεων ἀνθεμόεντα κατέκλασε δένδρεα γαίης.
εἶπε, καὶ ἀμμώωσα μετέσσυτο νήχυτος ἀκρὶς,
καὶ βροῦχος πολύθεστος ἀμετρήτοισιν ἐρωαῖς·
οἱ χθονὸς ἐξαλάπαξαν ὅλην πολυανθέα ποίην.
ἆπῶς πρωτοτόκων ὀλοφύρατο πότμον ἕκαστος,
θάπτων οἰχομένης γενεῆς πρωτάγριον ἥβην.
χρυσῷ δὲ βρίθοντα καὶ ἀργύρῳ ἔξαγε λαὸν,
οὐδέ τιν' ἠπεδανὸν μεταδήμιον εἶχον ἑταῖρον.
ἆπῶς νισσομένων ἐχάρη Νειλωὶς ἄρουρα.
πάντες γὰρ βεβόλητο δυσαλθέι δείματι θυμῷ.
ἐκπετάσας νεφέλην σκιερὴν ἡγήσατο λαοῦ,
καὶ πυρὶ παννυχίην κέδασεν διανήχυτον ὄρφνην.
ἦλθε μάλ' αἰτίζουσιν ἀπείριτος ὀρτυγομήτρα·

ἄρτου δ' οὐρανίου σφέτερον ἐμπλήσατο θυμόν.
ῥηξάμενος πέτρην, ῥοθίων ἐξήγαγε χεῦμα,
καὶ ποταμοὶ δαπέδοισι βίῃ κελαρύζον ἀνύδροις.
μνήσατο γὰρ κατὰ θυμὸν ὑποσχεσίης ἐρατεινῆς,
ἣν πρὶν ἄναξ κατένευσεν ἑῷ πάρος Ἀβραάμῳ.
τοὔνεκα τιμήεντα γεγηθότα ῥύσατο λαὸν,
εὐφροσύνῃ θεράποντας ἀεξομένους ξυναγείρας.
χώρας δέ σφισι δῶκε πολυσπερέων γενεάων,
καὶ λαῶν ἑτέρων καμάτους διεμοιρήσαντο,
ὄφρα δικαιοσύνης μνησαίατο πάντοτε θείης,
καὶ νόμον ἰχνεύσωσιν ἐπουρανίου βασιλῆος.

ΨΑΛΜΟΣ ρε'.

Πέμπτος ὅδ' ἀλληλούια βοὴ θείων στρατιάων.

Λαοὶ μειλιχίην ἀναμέλψατε παμβασιλῆος,
οὕνεκα νωλεμέως σφετέρην ἐλεητὺν ἀέξει.
τίς σθένος ἀστυφέλικτον ἐμεῦ βασιλῆος ἀείσει,
καί οἱ παντοδαπῶν μερόπων βάλοι οὔασιν αἶνον;
ὄλβιοι εὐδικίης μεμελημένοι ἄνδρες ἔασσιν,
οἷσι δικαιοσύνη καταχείριος αἰὲν ἐτύχθη.
λαοῦ ἐπ' εὐδικίῃ μιμνήσκεο σῶν ἱκετάων,
καὶ κλεινὸν σέο φέγγος ἐπίσκοπον ἄμμιν ὀπάζοις,
σῇσι διοπτεύσαιμεν ἐνηείῃσιν ἀρίστους,
ἔθνεος εὐφροσύνῃσι τεοῦ κεχαρησόμεθ' ἦτορ,
ἀθανάτου κλήροιο συνῄορον αἶνον ἔχοντες.
νωϊτέροις τοκέεσσιν ὁμῶς ἀλιτήμονες εἰμὲν,
δυσνομίας ῥέξαντες ἀθεσμοτάτοισιν ἐπ' ἔργοις.
θαυμασίων ἐγένοντο τεῶν ἀδαήμονες αὔτως,

Pane vero cæleſti eorum repleuit animum.
Frangens ſaxum, aquarum eduxit fluxum,
Et flumina in campis impetu reſonabant inaquoſis.
Recordatus eſt enim in animo promiſſi amabilis,
Quod prius Rex annuit ſuo quondam Abrahamo,
Quoniam honorabilem lætum liberauit populum,
Lætitia famulos auctos congregans.
Regiones vero ipſis dedit diſperſarum gentium,
Et populorum aliorum labores diuiſerunt,
Vt iuſtitiæ recordentur ſemper diuinæ,
Et legem inueſtigent cæleſtis Regis.

PSALMVS CV.

Quintus iſte alleluia vox diuinorum exercituum.

Populi benignitatem celebrate Domini,
Quoniam perpetuo ſuam miſericordiam auget.
Quis robur inconcuſſum mei Regis canet?
Et ipſi variorum hominum iniiciat auribus laudem?
Beati æquitatis ſoliciti viri ſunt,
Quibus iuſtitia adminiſtrabilis ſemper eſt.
Populi in æquitate recordare tuorum ſupplicum,
Et nobile tuum lumen prouidum nobis largiaris.
Tuis exploremus manſuetudinibus optimos,
Gentis lætitiis tuæ gaudebimus cor,
Immortalis ſortis conſociatam laudem habentes.
Noſtris patribus ſimul peccatores ſumus,
Iniuſtitias facientes iniquiſſimis in operibus.
Mirabilium fuerunt tuorum ignari pariter,

Neque

Neque animo considerarunt tuæ misericordiæ copiam,
Acerba animo spirantes adhuc in mari rubro:
Sed tamen seruati sunt sui Regis ope,
Robur vt immortalis magnum cognoscant & alii.
Iubens siccauit Rex mare rubrum,
In profundo autē ducebat deserta tanquam regione
Et eos seruauit ab inimicis perditoribus,
Ab hostibus vero eripuit, liberum diem præbens.
Aduersarios operuit altiflua vnda maris,
Neque vllus ex hostibus ciuis euasit nuntius aliis.
Ipsi vero tandem crediderunt Dei viuificanti verbo,
Et ipsi laudabilem hymnum celebrarunt carminibus.
Verborum vero obliti sunt cito mutati Regis,
Consilium vero Immortalis mentiti sunt Dei.
Desiderium desiderabant prauum in loco deserti,
In solo Regem tentauerunt inaquoso.
Verum & sic, sui desiderium concessit animi,
Replens cibo corda quem cupiebant ipsi.
Ipsi vero iracundia Mosis mitem animum concitarunt,
Diuino autem in omnibus obsistebant Aaroni.
Dathanum absorbuit impudentem terra dehiscens,
Omnem vero contexit improbi cœtum Abironis.
Sua tentoria depasta est vrens flamma,
Et flamma peccato deditum combussit populum.
In Chorebo autem vtique cornutum vitulum fecerunt,
Idoli vero supplicabant frustra ad pedes prostrati:
Fatui, qui pristinam suam gloriam mutauerunt
Vitulo pascenti similem suauem herbam;

Roboris

οὐδὲ νόῳ σκέψαντο τεῆς ἐλεητύος ἐσμόν.
πικρὰ νόῳ πνώοντες ἔτι κατὰ πόντον ἐρυθρὸν,
ἀλλ' ἔμπης ἐσάωθεν ἑοῦ βασιλῆος ἀρωγῇ,
καρτὸς ἵν' ἀθανάτοιο μέγα γνώωσι καὶ ἄλλοι.
κελλόμενος τέρσηνεν ἄναξ διὰ πόντον ἐρυθρὸν,
βυσσόθι δ' ἡγεμόνευεν ἐρημαίῃ ἅτε χώρῃ,
καὶ σφεας ἐξεσάωσεν ὑπ' ἐχθομένων ὀλετήρων,
δυσμενέων δ' ἐξείλετ' ἐλεύθερον ἦμαρ ὀπάσσας.
ἀντιβίους ἐκάλυψε βαθύῤῥοον οἶδμα θαλάσσης,
οὐδέ τις ἐκ δηΐων ναέτης μόλεν ἄγγελος ἄλλοις.
οἱ δὲ τέως ἐπίθοντο θεοῦ ζωαρκέϊ μύθῳ,
καὶ οἱ αἰνετὸν ὕμνον ἐπευφήμησαν ἀοιδαῖς.
μύθων δ' ἐξελάθοντο θοῶς στρεφθέντες ἄνακτος,
βουλὴν δ' ἀθανάτοιο διεψεύσαντο θεοῖο.
ἵμερον ἱμείροντο κακὸν κατὰ χῶρον ἐρήμου,
ἐν δαπέδῳ βασιλῆος ἐπειρήθησαν ἀνύδρῳ·
ἀλλὰ καὶ ὣς σφετέροιο πόθον δωρήσατο θυμοῦ,
πλησάμενος θαλίης κραδίας ἧς ἤθελον αὐτοί.
οἱ δὲ κότῳ Μωσῆος ἐνηέα θυμὸν ὄρινον,
ἀντιθέῳ δ' ἐν πᾶσιν ἐριδμαίνεσκον Ἀρῶνι.
Δάθανον κατέπιεν ἀναιδέα γαῖα χανοῦσα,
πᾶσαν δ' ἀμφεκάλυψε κακοῦ κλισίην Ἀβιρῶνος.
σφωιτέρας κλισίας κατεβόσκετο καιομένη φλὸξ,
καὶ φλὸξ ἀμπλακίῃ μεμελημένον ἔφλεγε λαόν.
ἐν δ' ἄρα Χωρήβῳ κεραελκέα μόσχον ἔτευξαν,
εἰδώλου δ' ἐλίτοντο μάτην παρὰ ποσσὶ πεσόντες·
νήπιοι, οἳ τοπάροιθεν ἑὸν κλέος ἠλλάξαντο
μόσχῳ φερβομένῳ ἴκελον μελιηδέα ποίην·

ἀλκῆς

ἀλκῆς δ' ἐξελάθοντο μενεπτολέμου βασιλῆος,
ὃς πρὶν ἐν Αἰγύπτῳ τελέσας μεγαλαυχέα ἔργα,
θηητὸς βεβόητο βαρύφρονος ἐν χθονὶ Χαμοῦ,
τεύχων δείματα πᾶσι βροτοῖς κῆ πόντον ἐρυθρόν.
καὶ νύ κε πάντας ὄλεσσεν, ἐπεὶ φάτο πάντας ὀλέσσαι,
εἰ μὴ ἀμησονόεις θεράπων πέλας ὦρνυτο Μωσῆς,
λισσόμενός θ' παλάμῃσιν ἵνα μιν παύσειεν ὀλέθρου.
γαῖαν ἀχαλκείησαν ἐλωβήσαντο κακῆσιν·
ἐδέπτο δ' ἀθέσμῳ μάκαρος θαρσήσαν ἀνωγῇ·
ἀλλὰ καὶ ἐν καλύβῃσιν ἀεὶ τεύζεσκον ἔῃσιν·
ἔασιν ἠρνήσαντο θεῷ λαλέοντος ἀκοῦσαι.
τοὔνεκα δεξιτερῇ βασιλῆα θώρηξεν ἀλείτας,
πάντας ἅμ' ἴέμεν θ' βαλέειν κῆ χῶρον ἐρήμου,
ἔθνεσι δ' ἀλλοδαποῖσιν ἐὸν θέμεν φῦλον ὀλέσσαι,
ἠὲ πολυσπερέεσσι μετὰ πολίεσσι κεδάσσαι.
οἱ δ' Βεελφεγόροιο μιαινόμενοι τελετῇσι,
νεκτερίης ἐπάσσαντο καθαφθιμένων ἑκατόμβης,
μαχλοσύνῃς ἐρέθοντες ἐρωμανίῃσιν ἄνακτα.
τοῖς δ' ὕβρις θανάτοιο θεοῦ τέκε μητέρα μινῦν.
φινδοὺς δ' ἀχωλῇσιν ἐλάσσατο παμβασιλῆα·
κεῖνος μὲν λιθάνδε, λιταῖς δ' ὑπεχάζετο λοιμός,
μιαθὸν δ' ἀδικίης θεόθεν ἀελδέκετον εὗρεν,
ἐκ]χυσῆς χυσεῴδε θαμὰ πέρες ἤματα πάντα.
ἀμφήεισον ὕδωρ σὺ δ' ὀπίσσαο ὥς μιν ὄφελλαν,
ὡς Μωσῆς ὁδυνῇ κεκακωμένος ἦεν ἀλιτρῶν,
αἰὲν τευχόμενος κραδίῃ πικρῇσιν ἀνίαις·
ὅς ῥα καὶ οὐκ ἐθέλων προτέρῳ ἐψεύσατο πίσυν.
ἔθνεα γὰρ ῥύσαντο, τά περ σφίσιν εἶπεν ὀλέσσαι.

τοῖς

Roboris vero obliti sunt bellicosi Regis,
Qui antea in Ægypto perficiens glorioſa opera,
Admirabilis inuocatus fuerat grauis in terra Chami,
Faciens terrores cunctis mortalibus in mari Rubro.
Et sane omnes perdidit, postquam dixit omnes perdere,
Nisi optimus famulus prope surrexisset Moses,
Supplicans eum manum vt sedaret interitus.
Terram glorioſam cauillati sunt malis.
Nunquam æquo Beati confiderunt præcepto:
Sed & in tentoriis semper stridebant suis:
Auribus recusarunt Deum loquentem audire.
Itaque dexteram Rex armauit in peccatores,
Omnes simul cupiens prosternere in loco deserti,
Gentibus vero alienigenis suum genus perdere,
Aut diuersas per vrbes dispergere.
Ipsi vero Beelphegor polluti ceremoniis,
Infera gustarunt mortuorum sacrificia:
Impudicitiæ irritantes perditis amoribus Regem.
Ipsis vero iniuria mortis Dei peperit matrem iram.
Phinees autem precibus placauit Dominum.
Ille quidem orabat, precibus vero cedebat pestis,
Mercedem vero iustitiæ diuinitus præclaram nactus est,
De generatione in generationem omnino dies omnes.
Controuersam aquam tu vero cognoscis quod eum concitarunt,
Vt Moses dolore vexatus fuit improborum,
Semper oppressus cor acerbis cruciatibus;
Qui vtique & non volens priorē mentitus est fidem.
Gentes enim euaserunt, quas ipsis dixit perdere.

His

His vero commixti, iniqua didicerunt opera,
Ceruicemque idolis inanimis suppositerunt:
Nec vtiq; his adiuti sunt, mala vero oppressi sunt ne-
Dæmonib. immolantes suas filias & filios. [cessitate,
Irrigata gemuit innocenti sanguine terra:
Eorũ quos genuerũt, quos aluerũt, pernicioſi fuerũt
Idolis immolantes fœdifragi Chanaani. [occisores,
Sanguine autem occisorũ rubescebat vndique tellus,
Frustra operibus polluta odiosis, [rat.
Impudicitiæq; pernicioſæ: valde enim ipsis sic cure-
Cæterum ipse succensebat omnino Rex malefico
populo,
Hæreditate odio prosequens suam superbam con-
tumeliam.
Hostium manibus caros famulos dedit,
Dominationem suis suam hostibus præbens.
Aduersariorũ pernicioſis domiti sunt necessi tatibus,
Viles manibus sub alienis cadentes.
Sæpe seruauit putans tamen perdere.
Ipsi vero mente odiosa magis prouocabãt quam an-
tea Regem,
Ceruicem iniquitatibus domiti suis.
Vt vidit afflictos, suo parcebat populo,
Supplices a. miserat⁹ est, eorũ vero exaudiuit preces.
Statim enim suorum recordatus est pactorum:
Victus vero misericordia, priore cessauit consilio.
Admiratio me habet, quo pacto animum suum miti-
gauit Rex;
Et eos miserati sunt antea prædatores viri.
Nos ô Rex summe facile serues,
Vndiq; cõgregans, vbi dispersi sumus inter populos:
Vt tuum propere celebremus nomen diuinum,

Tuis

τοῖς δ' ἐπιμιγνύμενοι, ἀθεμίστια μάνθανον ἔργα·
αὐχένα τ' εἰδώλοισιν ὑπ' ἀψύχοισιν ἔθεντο.
οὐδ' ἄρα τῶν ἀπόνηντο, κακῇ δ' ἐπίεσθεν ἀνάγκῃ,
δαίμοσι ῥέζοντες σφετέρας κούρας τε καὶ υἷας.
τεγγομένη στονάχιζεν ἀναιτίῳ αἵματι γαῖα·
ὧν τέκον, ὧν θρέψαντ' ὀλοοὶ ἐγένοντο φονῆες,
εἰδώλοις ῥέζοντες ὑπερφιάλου Χαναάμου.
αἵματι δ' ὀλλυμένων ἐρυθραίνετο πάντοθεν αἶα,
μαψιδίως ἔργοισι μιαινομένη στυγεροῖσι,
μαχλοσύνῃ τ' ὀλοῇ· μάλα γάρ σφισιν ὧδε μεμήλει.
αὐτὰρ ὁ μηνίε πάμπαν ἄναξ κακοεργέϊ λαῷ,
κλήρου ὀδυσσάμενος σφετέρου ὑπερήφανον ὕβριν.
δυσμενέων παλάμῃσι φίλους θεράποντας ἔδωκε,
κοιρανίην σφετέροισιν ἑὴν δηΐοισιν ὀπάσσας,
ἀντιβίων ὀλοῇσιν ὑπεδμήθησαν ἀνάγκῃς,
οὐτιδανοὶ παλάμῃσιν ὑπ' ἀλλοτρίῃσι πεσόντες.
πολλάκις ἐξεσάωσεν ὀϊόμενός περ ὀλέσσαι.
οἱ δὲ νόῳ στυγερῷ πλέον ἤκαχον ἢ πρὶν ἄνακτα,
αὐχένα δυσνομίῃσιν ὑποδμηθέντες ἑῇσιν.
ὡς ἴδε τειρομένους, σφετέρου περιφείδετο λαοῦ·
λισσομένους δ' ἐλέησεν, ἑῶν δ' ἐπάκουσε λιτάων.
αὐτίκα γὰρ σφετέρων ἐμνήσατο συνθεσιάων·
νικηθεὶς δ' ἐλέῳ προτέρης ἀπεπαύετο βουλῆς.
θαῦμά μ' ἔχει, πῶς θυμὸν ἑὸν πρήϋνεν ἀνάκτωρ,
καί σφεας οἰκτίσσαντο πάρος λήϊστορες ἄνδρες.
ἡμέας ὦ βασιλεῦ πανυπέρτατε ῥεῖα σαώσοις,
πάντοθεν ἀθροίζων, ἵνα περ κεκεδάσμεθα δήμων·
ὄφρα σευ ἐσσυμένως ἀναμέλψομεν οὔνομα θεῖον,

σῇσι

σῇσι μέγα φρονέοντες ἀριπρεπέεσσιν ἀοιδαῖς.
αἰνετὸς αἰὲν ἄναξ πέλεται κλυτὸς Ισραήλου,
ἐκ γενεῆς γενεήνδε διαμπερὲς ἤματα πάντα·
σὺν δ' ἐρέει πᾶς δῆμος, Ετήτυμον ὧδε γενέσθω.

ΨΑΛΜΟΣ ρϛ'.

Ἕκτος ὅδ' ἀλληλούια βοὴ θείων στρατιάων.

Λαοὶ μειλιχίην ἀναμέλψατε παμβασιλῆος,
οὕνεκα νωλεμέως σφετέρην ἐλεητὺν ἀέξει.
βαζόντων θεὸς οἷσιν ἐλεύθερον ὤπασεν ἦμαρ,
οὕς ποτε δυσμενέων κρατερῆς ἀπελύσατο χειρός·
ἐκ δὲ πολυσπερέων ξυναείρατο δεῦρο πολήων,
τοὺς μὲν ἀπ' αὐτολίης, τοὺς δ' ἑσπερίης ἀπὸ γαίης,
ἄλλους δ' ἐκ βορέαο καὶ ἀτρυγέτοιο θαλάσσης·
πλαζομένους ἀνὰ χῶρον ἀπείριτον αὖον ἐρήμου,
οὐδ' εἶχον σφετέρης πόλιος σκέψασθε ἀταρπόν.
δίψῃ δὲ φθινύθεσκον ὁμοῦ καὶ νηλέϊ λιμῷ,
ἐκ δ' ὀλιγηπελίης σφέτερος κατετήκετο θυμός.
ἂν δὲ θεὸν βοάασκον ὀρινόμενοι φρένα μόχθοις·
αὐτὰρ ἀναγκαίης βασιλεὺς σφέας ἔξελε πάσης·
ἰθείην δ' ἀνέφαινε μετὰ τρίβον ἡγεμονεύων,
ὄφρα φίλον πτολίεθρον ὅπερ ποθέεσκον ἵκωνται.
οἰκτιρμοὶ βασιλῆος ἑὴν ἀναμέλψατ' ἐρωήν,
καί οἱ θέσκελα ἔργα μέλοι μεροπηΐδι φύτλῃ,
οὕνεκα δευομένῃ ψυχῇ πόρε δόρπον ἑτοῖμον,
πειναλέον τ' ἀγαθοῖσιν ὑπεστηρίξατο θυμὸν,
ἑζομένους θανάτοιο ποτὶ κνέφαϊ σκιόεντος,
ἐλλομένους πενίῃ τε σιδηρείοισί τε δεσμοῖς·

οἱ δὲ

Tuis magnum sapientes decoris carminibus.
Laudabilis semper Rex est inclytus Israelis,
De generatione in generationem prorsus dies omnes:
Simul vero dicet omnis populus, Vere sic fiat.

PSALMVS CVI.

Sextus iste alleluia vox diuinorum exercituum.

Populi, benignitatem celebrate Domini,
Quoniam perpetuo suam misericordiam auget.
Dicant Deus quibus liberum largitus est diem,
Quos aliquando inimicorum valida liberauit manu,
De dispersis autem congregauit huc ciuitatibus,
Illos quidem ab oriente, illos vero occidentali a terra,
Alios autem ab Aquilone & indomito mari,
Errantes in loco infinito squallido deserti,
Neque habebant suæ ciuitatis inspicere viam.
Siti autem interibant simul implacabili fame,
Eximbecillitate vero eorum tabescebat animus.
Ad Deum vero clamabant commoti mentem laboribus:
Cæterum a necessitate Rex eos eripuit omni:
Rectam vero demonstrauit per viam ducens,
Vt amicam ciuitatem quam cupiebant venirent.
Misericordiæ Regis suam celebrate potentiam,
Et ipsi diuina opera curæ sint mortali generi:
Quia egenti animæ præbuit cœnam paratam,
Elurientemque bonis fulciuit animum,
Sedentes mortis in tenebris opacæ,
Vinctos paupertateque, ferreisque vinculis:

Ipsi vero mente odiosa Dei irritauerunt quam antea mandata,
Frustra prouocantes suum glorioſum consilium.
Inde ab irrito labore domiti sunt & calamitate,
Neque aliquis infirmitatis adiutor venit ipsis.
Ad Deum vero clamabant commoti mentem laboribus:
Cæterum de necessitate Rex eos liberauit omni.
Eduxit vero de tenebrisque & de mortis faucibus,
Diſcumpens membrorũ validũ & rigidũ vinculum
Misericordiæ Regis suam celebrate potentiam,
Et ipsi diuina opera curæ sint humano generi:
Quia ærearum robur expugnauit portarum,
Elaboratos vero adamantis cito confregit vectes,
Omnes abripiens laborioſa flagitii via:
Propter impietatem ignominioſum probrum inuenerunt,
Animo despuentes omnem viros alentem cibum:
Frigidæ mortis peruenerunt vsque portas.
Ad Deum vero clamabant commoti mentem laboribus:
Cæterum de necessitate Rex eos liberauit omni.
Oppressos curauit suum sibi animum exhilarans,
Anxio autem liberauit pereuntes mærore.
Misericordiæ Regis suam celebrate potentiam,
Et ipsi diuina opera curæ sint humano generi.
Sacrificent Regi sacrificium cantibus gratum,
Loquantur vero ei opera mente gaudentes optima.
Nautæ quibus curæ est vis nauesque maris,
Quibus labor per fluctum & immensam incitatur aquam,
Oculis viderunt circunspecti opera Dei,
Et ipsi diuina omnia profundis in abyssis.

Iubente

οἱ δὲ νόῳ ϛυγερῷ θεοῦ ἤκαχον ἢ πρὶν ἀνωγὰς,
μαψιδίως ἐρέθοντες ἑὴν ἐρικυδέα βουλήν.
ἔνθεν ὑπ' ἀπρήκτου καμάτου δέδμητο καὶ ἄτης,
οὐδέ τις ἀδρανίης ἐπιτάῤῥοθος ἤλυθεν αὐτοῖς.
ἂν δὲ θεὸν βοάασκον ὀρινόμενοι φρένα μόχθοις·
αὐτὰρ ἀναγκαίης βασιλεὺς σφέας ἔξελε πάσης.
ἐκ δ' ἄγαγε κνέφαός τε καὶ ἐκ θανάτοιο βερέθρων,
ῥηξάμενος μελέων κρατερὸν καὶ ἀτειρέα δεσμόν.
οἰκτιρμοὶ βασιλῆος ἑὴν ἀναμέλψατ' ἐρωήν,
καί οἱ θέσκελα ἔργα μέλοι μεροπηΐδι φύτλῃ·
οὕνεκα χαλκείων δύναμιν διέπερσε πυλάων,
εὐτύκτους δ' ἀδάμαντος ἄφαρ ξυνέαξεν ὀχῆας,
πάντας ἀφαρπάξας μογερῆς κακότητος ὁδοῖο·
οὕνεκα δυσσεβίης παρελεγχέα μῶμον ἐφεῦρον,
θυμῷ ἀποπτύξαντες ὅλην θρεψήνορα δαῖτα,
ψυχροπόρου θανάτοιο κατήλυθον ἄχρι πυλάων.
ἂν δὲ θεὸν βοάασκον ὀρινόμενοι φρένα μόχθοις·
αὐτὰρ ἀναγκαίης βασιλεὺς σφέας ἔξελε πάσης.
τειρομένους ἠκέσσαθ' ἑὸν σφίσι θυμὸν ἰήνας,
θυμοβόρου δ' ἀπέλυσε καταφθινύθοντας ἀνίης.
οἰκτιρμοὶ βασιλῆος ἑὴν ἀναμέλψατ' ἐρωήν,
καί οἱ θέσκελα ἔργα μέλοι μεροπηΐδι φύτλῃ·
ῥεζόντων βασιλῆϊ θύος μολπῇσι μεμηλός·
βαζόντων δέ οἱ ἔργα νόῳ κεχαρηότες ἐσθλῷ.
ναυτίλοι οἷσι μέμηλε βίη νηές τε θαλάσσης,
οἷσι πόνος διὰ κῦμα καὶ ἄσπετον ὄρνυται ὕδωρ,
ὄμμασι θηήσαντο πολύφρονος ἔργα θεοῖο,
καί οἱ θέσκελα πάντα θαλασσοπόρους μετ' ἀβύσσους.

κελλομένου βασιλῆος ἀθέσφατος ὦρτο καταιξ,
θῦνε δὲ κυρτωθέντα μετήορα κύματα πόντου·
φαίης οὐρανὸν εὐρὺν ἄφαρ μίσγεσθαι ἀβύσσῳ.
τῶν δὲ πολυσμαράγῳ κατετήκετο θυμὸς ἀνίῃ·
πάντας δὲ κλόνος εἷλεν, ὅπως πεπεδημένον οἴνῳ·
ναυτιλίης δ' ἐλάθοντο, σοφὴ δ' οὐ φαίνετο τέχνη.
ἂν δὲ θεὸν βοάασκον ὀρινόμενοι φρένα μόχθοις,
αὐτὰρ ἀναγκαίης βασιλεὺς σφέας ἔξελε πάσης·
αὐτίκα δ' εἰς αὔρην προτέρην μετέθηκε θύελλαν·
αὖτις δ' εὐσταθέϊ μειλίσσετο κύματα σιγῇ.
εὐφροσύνη δ' ἕλε πάντας, ὅπως ἴδον εὔδιον ὕδωρ,
εἰς λιμένα σπεύδοντας ὑπ' ἐννεσίῃσι θεοῖο.
οἰκτιρμοὶ βασιλῆος ἑὴν ἀναμέλψατ' ἐρωὴν,
καί οἱ θέσκελα ἔργα μέλοι μεροπηΐδι φύτλῃ.
εὖ μιν ἀριπρεπέων κλισίῃς ἀναείρατε λαῶν,
καὶ προτερηγενέων ἱεροῖς ἀναμέλψατε θώκοις·
χεῦμα μέγ' ἐξανέηκεν ἐϋῤῥεῖος ποταμοῖο·
ὑδρηλὴ δὲ κέλευθος ἀτερπέϊ τήκετο δίψῃ.
ἅλμην πουλυβότειραν ἄφαρ ποιήσατο χώρην,
καρφομένην κακότητι πεικτιόνων ναετήρων.
αὐτὰρ ἐρημαίαν πολυκύμονα θήκατο λίμνην,
καὶ γαίης ποταμηδὸν ἐπέχραον ὕδατ' ἀνύδρου,
ᾗ ποτὲ πειναλέοι νάσται πολυπήμονες ἦσαν·
καὶ δῆμοι πόλιας κάτεχον πειναιέται ἐσθλοί.
ἡμερίδας κατέπηξαν, ἐπεσπείραντο δὲ χώρας,
καὶ βιότου κεχάρηντο τελεσφορίης ἐρατεινῆς.
ᾔνεσε μὲν θεὸς ἔργον, ἀνηΰξαντο δὲ λαοὶ,
καί σφισι τετραπόδων ἀγέλαι φέρβοντο νομῇσιν·

ἔνθ'

Iubente Rege vehemens commota est procella.
Currebant vero gibbosi sublimes fluctus maris.
Diceres cælum latum permisceri abysso.
Eorum vero strepera tabescebat animus tristitia:
Omnes autem turbatio cepit, velut cõpeditũ vino:
Nauigationis obliti sunt, docta autem non apparebat ars.
Ad Deum vero clamabant commoti mentem laboribus,
Cæterum de necessitate Rex eos liberauit omni:
Statim vero in auram priorem mutauit procellam.
Rursum vero stabili sopiti sunt fluctus silentio.
Lætitia autem cepit omnes vbi viderunt tranquillam aquam,
Ad portum festinantes monitis Dei.
Misericordiæ Regis suam celebrate potentiam,
Et ipsi diuina opera curæ sint humano generi.
Bene eum præstantium tẽtoriis exaltate populorũ,
Et seniorum sacris celebrate sedibus.
Fluxum magnum remisit pulchre fluentis fluminis,
Aquosa vero via iniucunda tabescebat siti.
Salsuginem multorum nutricem cito fecit regionẽ,
Squallidam malitia vicinorum habitatorum:
At desertum, fluctuosum posuit stagnum,
Et de terra fluminis in morem exibant aquæ inaquosa,
Vbi quondã esurientes habitatores damnosi erant:
Et pópuli ciuitates tenuerunt accolæ boni.
Vineas plantauerunt, seminauerunt vero agros,
Et vitæ gauisi sunt abundantia fructuum amabili.
Laudauit quidẽ Deus op⁹, multiplicati sunt populi,
Et ipsi quadrupedum greges pascebantur pascuis:

Ibi languentes hæsitabant afflictione,
Doloribus oppressique & inefficacibus cruciatibus;
Grauis vero duces inglorios occupauit contumelia.
Ipsi vero viam relinquentes in inuiis errarunt.
De inopia autem adiutor venit pauperi,
Collocans familias tanquam greges pulchros pastorum.
Recti mente videntes in lætitiis gaudeant:
Iniquitas vero manifesta suum os graue aperiet.
Quis prudens hæc omnia in animis nouit custodire,
Immortalis vero misericordiam pectoribus intelligere?

PSALMVS CVII.

Dauidis centesimus est & septimus hymnus.

Animus paratus meus Prouide, animus paratus,
Gloria qua celebrabo te & in psalmis canam.
Exsurge mihi cithara, & meorum psalterium hymnorum.
Studiose diluculo expergefactus resonabo:
Tuum carmen celebre Rex populis clamabo,
Et populis multis stridulam laudem canam.
Cælestes misericordiam habes supra portas,
Et tua veritas nubium ex aduerso volat.
Eleuare super cælestes portas supreme Pastor,
Et tua immensa gloria in terram vniuersam veniat,
Vt amicos cupientes eripias necessitate.
Dextera me serua, & meam exaudi vocem.
Locutus est Rex Sancto suo concors verbum.
Exaltatus Sicema diuidam aliquando,
Et vallem dimetiar frequentium tabernaculorum.

Noster

ἔνθ' ὀλιγοδρανέοντες ἀμηχανέεσκον ἀνίῃ,
ἄλγεσι τηκόμενοί τε καὶ ἀπρήκτοις ἐδιώῃσι·
δύνῃ δ' ἡγεμονῆας ἀκυδέας ἄμφεπε λώβη·
οἱ δ' τριβὸν προλιπόντες ἐπ' ἀτρίπτοις ἀλάλητο.
ὄφρα δ' ἀχρημοσύνης ὄπι πάρροθος ἦλθε πενιχρῷ,
σπαίρων Φρήτρας ἄτε πῶεα καλὰ νομήων.
ἰθύνοοι λύσαντες ἐπ' ἀφροσύνῃσι χαρῆεν·
ἀμπλακίη δ' ἀεί δηλος ἐὼν σόμα δεινὸν ἀνοίξει.
πῆς πινυτὸς τάδε πάντα μὴ φρεσὶν οἶδε φυλάξαι,
ἀθανάτῳ δ' ἀλεημοσύνῃ ἑέρνοισι νοῆσαι;

ΨΑΛΜΟΣ ρζ'.

Δαυίδου ἐκφθεὶς ἔφυ ἐν ἑβδόμῃ ὕμνῳ.

Θυμὸς ἑτοῖμος ἐμὸς πανεπίσκοπε, θυμὸς ἐμῶμος·
ᾠδὴν ᾧ μέλψω σε καὶ ἐν ψαλμοῖσιν ἀείσω.
ἔγρεό μοι φόρμιγξ καὶ ἐμῶν ψαλτήριον ὕμνων.
ἐμμανέως ἠῶθεν ἀνεγρόμενος κελαδήσω·
σὸν μέλος ἀμφιβόητον ἄναξ λαοῖσι βοήσω,
καὶ δήμοις πολέσιν λιγυρόκτυπον αἶνον ἀείσω.
ἀρχαίων ἐλεητὺν ἔχεις καθύπερθε πυλάων,
καὶ σεῦ ἀληθείῃ νεφέων κατέναντα ποτᾶται.
ὄρσο ὑπὲρ ἀρχαίων πυλέων πανυπέρτατε πολλῶν,
καὶ σέθεν ἄσπετον εὖχος ὅπι χθόνα πᾶσαν ἰκάνοι·
ὄφρα φίλας μεμαῶτας ἀφαρπάξειας ἀνάγκης.
δέξιτερῇ με σάωσον, καὶ ἐμῆς ὄπι κέκλυθι φωνῆς,
